



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

2 Bullarum plumbatores conuersi Cistercienses dicti, verè religiosi non sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

- 83 Religionem ingressurus, quid considerare debet.
- 84 Congregatio Hospitaliorum Ioannis de Deo, non est vt religio habenda.
- 85 Professio tacite emissa per canonicum regularem, quando accepit canonicatum, ex eo quod beneficium renunciat, non euanciscit.
- 86 Professionem tacitam an censetur fecisse, qui per annos septem in ordine mansit, & sacros ordines suscepit.
- 87 Professio ante 16. annum expletum emissa, est nulla.
- 88 Religiosus non fit, qui tria vota in manibus nouitj emit.
- 89 Professio legendo schedulam absque intentione proficendi non est valida.
- 90 Licentia absolute a prelato concessa religioso transcendi ad aliam religionem, est restringenda ad parem, vel strictiorem.
- 91 Licentia concessa monacho standi extra claustrum non iustificatur ex eo quod superiori ita videatur, nisi subsit iusta causa.
- 92 Liberatio tutoris ab ingressu religionem facta an valeat.
- 93 Professio contra religionis statutum eam irritans facta est nulla.
- 94 Bulla Pij V. contra translatos, qualiter intelligenda.
- 95 Monachi, licet non olim, hodie tamen vocem in capitulo habent.

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 4.

Licet votum, & iuramentum, actus laticæ, & religionis sint, & ad sui obseruationem obligent ex S. Th. 2. q. 88. art. 5. qu. 89. art. 4. & 7. q. 88. art. 3. obligatio tamen ex iuramento, quia ex voto nata, firmiter, & indissolubilior est; ita vt rem aliquam licitam facere iuratus, religionem iuste intrare non potest, hoc quod iurauit, adimpleat. Arg. cap. commissum, de sp. nal. dummodo illam post religionis ingressum adimplere nequeat.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 9.

Officium plumbatoris Bullarum in Curia cuius officialis vulgo f. ate Plumbi dicitur, deserens habitum scapulari certi coloris qui a papa in collatione eiusdem officij, ouerfus ordinis Cisterciensis nominatur, nullam tamen professionem emittens nec ab illius regula vel obedientia viuens, vere religiosus non est, nec a Cisterciensibus, aut ab alijs superioribus religionis molestari potest; super peccatis aut bonis que in dies fibi acquirat ea tantum propria sibi queat, & etiam matrimonium contrahere, & officio suo cum reservatione fluctuum de consensu Papæ renunciare, & alia omnia que clericis, aut laicis licent iuxta statum suum facere potest; eo quod religiosus nemo esse potest, nisi postquam conuictus probationis & etiam professionem; & votum eiusdem castitatis, pauperatis, & obedientie, vt colligitur ex Concilio Tridentino sess. 25. de reg. & c. 1. de reg. 6. c. ex eo. S. 1. de electione in 6. & c. vt continentia 27. q. 1. & c. si de statu monach.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 60.

Monachus, seu regularis vnam religionem ap probatam legitime professus, ad aliam religionem approbatam legitime transfrens, de nouo proficere in secunda religione tenetur, sine transferatur vt fiat in illa prelatu sine vt maneat ibi, vt subditus & filius Monasterij. Nam si Monachus simplex sit, ea ratione de nouo proficere tenetur,

quia licet professio prior ad tria substantialia vota seruanda etiam in secunda religione extendatur, nequaquam tamen ad alias obseruationes secunde extenditur; nisi de nouo in ea professio fiat, cum tamē omnes religiosi eiusdem religionis eadem disciplina obligari debent. c. recolentes, de statu Monach. & c. in noua 16. q. 7. Translatus autem vt fiat prelatu maxime si secunda arctior sit prior, e, vel expresse eandem professionem emitte re tenetur; vel eam tacite emitte re censetur, quia p. accepto & exemplo curare tenetur, vt obseruantia regulares Monasterij sui a suis subditis seruentur.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 2. de statu Monach. quest. 1.

Abbatissa perpetua electa, & confirmata, licet nisi intra annum benedicatur, si benedici solet, Abbatiam suam amittat. C. l. attendentes, §. statum, de sta. u. mo. nac. & semel benedicta, amplius re benedici non debet, etiam si in Abbatiam perpetua alterius Monasterij eligatur, iuxta Glo. recep. in d. S. statum. Abbatissa tamen triennis seu temporaria de iure benedicenda non est, nisi Curia aliud seruet, aut Papa aliud expresse statuat; Ne si tales benedicerentur, multi Moniales manerent simul in Monasterio in Abbatissas benedictas quod indecens, & in decorum est; & etiam aliqua sapius benedicerentur, cum vna sepe eligi posset in Abbatissam, quod in antiquo contrariatur, vt colligitur ex Glo. & DD. in d. clem. 1.

DECISIO V.

Virgo corrupta etiam occulte, licet nullatenus consecratione virginum consecrari possit. c. acutius dist. 26. & c. deuotis, & c. iuenculas, 20. q. 1. etiam de scandalum euitand. in 3. vt ait S. Thom. 4. d. 33. q. 1. c. 1. & d. 38. q. 1. art. 4. similitate tamen consecratione virginum consecrari, & quasi virgo benedici valet, vt mutatis verbis virginum in monachibus in verba significantia castitatem, ad cui tendum scandalum, & infamiam. ex S. Th. vbi supra. art. 5. vel etiam recte us pronunciano verba p. consecrationis, que virginem, & virginitatem sonant, accipiendo illa intra mentem pro verbis castitatem significantibus, vt sic simul mendacium, & scandalum emittentur, vt placet Na. in Man. c. 18. num. 61. & c. 25. nu. 42. vidua etiam est consecrari vt virgo nequeat, vobere tamen solemniter & tacite ipso facto castitatem, & velum professionis suscipere, & portare potest, c. vidua, de regul.

DECISIO VI.

Ex conf. 5. alias 26.

Cum iure communi canonico Christiani omnes regulatiter apti sint ad intrandam, & proficendam religionem a sede Apostolica approbatam si eis impedimentum Canonicum non obstat, & dispositio ad hoc vt professio alij qua hoc vel illo modo facta valeat, aut non valeat, aut vt quis ad religionem hanc sit ad summam Papæ potestatem pertinet. Arg. cap. cum ad monasterium, §. si de statu monach. adeo vt nullus inferior Papa contra us commune canonici aliquid statuere valeat, quod iur. et ijs, de maior. & obed. consequenter nec vl. a Capitula, quantum generalia alicuius ordinis, & religiosi statuere possunt, vt professio tunc votum suauitannum a descendentibus ex Mahumetanorum, vt Iureo um genere possit suscipi ab eis b. plurimum facta, non valeat; cum iure communi canonico capitul. Vnde tuncque distin. 56. & capitulo, ecurrat. 32. qua. 4. & capitul. eam tu. de precep. tales intrare, & proficere religionem approbatam non prohibeantur. Et statuta in contrarium ab inferiori Papa facta, tanquam iuri communi contraria non valent, nisi iura religionis in genere a Papa confirmata sint, quia ab eo tunc